

ANTIQUITATES VARIÆ. 295  
**FORTUNA**  
 DEORUM POTENTIAM SIBI VINDICANS.



Hæc signa, excepit ARCHÆOPHILUS, apud Eruditissimum Causam in Museo Romano me vidisse memini, sed prius tantum Fortunæ relinquit, posterius *Pantbeum* arbitratur, idque celeberrimum Sponium secutus, qui in miscellaneis Eruditæ Antiquitatis idem hoc signum protulit. Scio, inquit DULODORUS, iisque si inhærere placebit, non refragabor; Quanquam propriè signa *Pantbea* ea videantur appellanda, in quibus insignia Deorum ipsos Deos designant, non autem Deorum potestatem ei subjectam, quam præcipuè tale signum adumbrat: Ita capita, inter Gemmas exhibita, propriè *Pantbea* esse, ritè asseruerim, constat enim Ammonem, Serapidem, Solem, Æsculapium, Osirim, Bacchum, Plutonem, Jovem, Panam, unum & idem numen creditos; At quis unquam Fortunam, quæ in hoc signo dominatur, eandem dixit cum Jove, Neptuno, Æsculapio, Cupidine, Osiride? Nonne potius dicendum, Horum insignia Fortunæ idèò juncta esse, ut ostendatur, Fortunæ potentiam etiam in iis efficacem esse, quæ alias Diis illis assignantur? Quid autem, inquit ARCHÆOPHILUS, si Isis hoc signò adumbretur, quæ utique, Apulejo teste, eadem fuit cum Cerere, Diana Venere, & Proserpina? Si huc respicias, respondit DULODORUS, non hoc tantum, sed & prius signum *Pantbeum* erit assignandum; Eandem enim Isidem cum Fortuna esse, ex eodem Apulejo palam est: indeque patet, cur capite suo Isidis insignia Fortuna hæc præferat? Patet, cur & Lunam in posteriore cernamus; Sed ea ratio in reliquis insignibus deficit,

sed dextram:  
 mientium sit,  
 im, eam Phry-  
 um nostrum  
 ornam ador-  
 is, facem hîc  
 ulium deno-  
 in Tabula  
 eadem Ta-  
 ulium cre-  
 figuris illis  
 um dixerò,  
 erat Doctiss.  
 utrumque  
 am Noctur-  
 um compo-  
 Unum esse  
 ubi utrum-

nina produ-  
 non Noctem  
 Phosphorus  
 ositè ad No-  
 tem extollit,  
 s quiescant,  
 sigillo abesse  
 im nocturna  
 quàm in No-  
 : vigilanti-  
 randum est,  
 a nocte No-

FOR-